Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



.ii. Omnis quippe domus israel attrita
fronte est et duro corde. Ecce de
di faciem tuam ualentiorem faci
ebus eorum et frontem tuam duriorem
frontibus eorum. Ut adamantem et
ut silicem dedi faciem tuam. Ne
timeas eos neque metuas a facie eorum
quia domus exasperans est. Hec. iii.
Et dixit ad me. Fili hominis. om
nes sermones meos quos
loquor ad te assume in corde tuo.
et auribus tuis audi. et uade ingre
dere ad transmigrationem ad filios
populi tui. et loqueris ad eos dicens.
Hec dicit dominus deus. si forte audiant
et quiescant. Hec. iiii. Et as
sumpsit me spiritus. et audiui post me
uocem commotionis magne. benedic
ta gloria domini de loco suo. et uocem
alarum animalium percutientium alte
ram ad alteram. et uocem rota
rum sequentium animalia. et uo
cem commotionis magne. Spiritus quoque
leuauit me et assumpsit me. et
abii amarus in indignatione spiritus
mei. manus enim domini erat mecum
confortans me. et ueni ad transmigra
tionem ad aceruum nouarum
frugum. ad eos qui habitabant
iuxta fluuium chobar. et sedi ubi
illi sedebant. et mansi ibi septem
diebus merens in medio eorum. Tu. v.
Cum autem pertransissent septem
dies. factum est uerbum domini ad me
dicens. Fili hominis. speculatorem
dedi te domui israel. et audies de ore
meo uerbum. et annunciabis eis ex
me. Si dicente me ad impium mor
te morieris. non annunciaueris ei.
neque locutus fueris ut auertatur a uia
sua impia. et uiuat ipse impius
in iniquitate sua mo iste rietur. san
guinem autem eius de manu tua re
quiram. Si autem tu annunciaue
ris impio et ille non fuerit conuersus
ab impietate sua. et uia sua impia.
ipse quidem in iniquitate sua morietur.
tu autem animam tuam liberasti. H. vi.
Et si conuersus iustus a iusticia sua
fecerit iniquitatem. ponam offendicu
lum coram eo. Ipse morietur quia non
annunciasti ei. in peccato suo morie
tur. et non erunt in memoria iusticie eius
quas fecit. sanguinem uero de manu tua
requiram. Si autem tu annunciaueris
iusto ut non peccet iustus. et ille non pecca
uerit uiuens uiuet quia annunciasti
ei. et tu animam tuam liberasti. H.
vii. Et facta est super me manus domini. et dixit
ad me. Surgens egredere in campum.
et ibi loquar tecum. Et surgens egres
sus sum in campum. et ecce ibi gloria
domini stabat quasi gloria quam uidi iuxta
fluuium chobar. Et cecidi in faciem
meam. Et ingressus est in me spiritus. et
statuit me super pedes meos. et locu